



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

184. fer. 3. de alijs fructibus Venerabilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Fer. 3. Dom. infr. Oct. Corp. Christi. 325
usque ad societatem germanissimam ejus hac
unitas perveniret.

Confirmatque Fidem: nam in fractione pa-
nis aperti sunt oculi Discipulorum: & D.
Cypr. inquit: Quis est insipiens, declinet ad me.
Munit. Ita S. Gaudent. tr. 2. in Ex;
Contra venena diaboli dulcem Medicinam sem-
piterni tutaminis consequitur.

Fomitēque remittit. Ita Cypr. de Cœna
Dom. Vinum germinans Virgines, quo qui uti-
tur, concupiscit oblivisci cuncta carnis ludibria:
& tr. de Nativit. Dom. ait abfuisse è domo
Deiparæ omnes illecebras: quia tanti habi-
tatoris reverentia concupiscentiarum ludibria
abigebat.

MEDITATIO CLXXXIV.

Fer. 3. Dom. infr. Oct. Corp. Christi.

De alijs fructibus Venerabilis.

Aspiciam è Venerabili procedentes ad-
huc plures fructus, ut è vite botros. Petā
eorum fieri particeps.

Conf. 1. Septem mirabilia, quæ per SS.
Evcharistiam accidunt. 1. Caro Christi est
pillula nostre salutis. Ita S. Vincent. Ferrer. de
de Venerab. 2. Est Vestis nuptialis Corpus
& Sanguis Domini. Ita S. Paschal. de Venerab.
cap. 21. 3. Est pro refectioe famelicorum.
Ita Richar. à S. Laur. de laud. Virgin. 4.
Si

Si

326 *Fer. 4. Dom. infr. Oct. Corp. Christ.*
Si febris est vas, fons est. Ita S. Ambros. de
lib. 3. de virg. 5. *Virtute huius tibi factum*
est, ut mortui resurgerent. Ita Rupert. lib. 6.
in Joann. 6. Prodest animabus Purgatorij,
quibus est quasi ros, ut habetur in vitis SS.
ideo in Sacro tertia pars Hostiæ mittitur in
calicem, in subsidium animarum. 7. Vene-
rabile prodest etiam inferno. Ita D. Isidor. de
offic. Eccles. lib. 2. cap. 28, *Valet etiam da-*
mnatis per modum diminutionis, quo enim plu-
res salvantur, pauciores damnantur, & ita mi-
nor erit pœna per subtractionem consortij eorū:
quod consortium epulo timens Luc. 16. 10-
gavit, ne fratres eò venirent.

MEDITATIO CLXXXV.

Fer. 4. Dom. infr. Oct. Corp. Christi.

De alijs fructibus Venerabilis.

Aspiciam Dominum Eucharisticum, quasi
carbunculum, ut ait D. Thomas Opusc.
58. cap. 22. *Carbunculum signat Corpus Do-*
mini de Altari sumptum, & charitate inflam-
matum, quod de manibus Seraphinorum nos
quoque, ut reficiamur, accipimus. Petam agno-
scere septem Christi actus, quos in Eucharis-
tia elicit, ut revelavit ipse S. Mechtidi.

Conf. 1. Actum Christi, quem elicit in Ve-
nerabili Humilitatem: quia nullus tam ma-
lus est, qui si ad Christum Eucharisticum ve-
niat, non acceptetur à Christo.